

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1634**

Auxesis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](#)

Latinè dicitur *dissolutio*, vel *inconnexio*. *Anthenetum* autem, modo per singula verba fit, æra, manus, naualia demus. Et, hæc eadem Aenea, terram, mare, sidera iuro. Modò per plura verba, & per ea, quæ Græci vocant *τόπος*.

*Denuo*, quid usque seruus vehat, unde seruas  
naturas.  
*Ventus agat nubes*: quid cogitat humidus au-  
stris,  
*Sol tibi signa dabit*.  
(Et) —— nabi causa pœculantur omitti,  
*Quæ fortuna virtus*, classem quo littore lin-  
quunt.  
*Quid veniant*, &c.

*Auxesis.*

Vehemens rei amplificatio. Vt 2. Philipp. O  
rem non modo vili scđam, sed etiam audiu-  
s inter cœnam in tuis illis immanibus poculis,  
hoc tibi accidisset, &c.

*Brachysepsis.*

*P. Rut.*  
*Lapp. p. 9.*  
Hoc fieri solet, cum orator breuitate senten-  
tia præcedit auditoris expectationem. Ly-  
six, Quæres à me, qui iure obtinere possim,  
quo iure mihi Polienus reliquit, quo iure pre-  
tor dedit possessionem. Leges me defendunt,  
ad te non pertinent, hi veritatem sequantur.  
Item eiusdem. Sed nos aequum est volunt-  
atem dispicere. Nam consilio valuit, fortuna  
lapsus est: homo fuit, fatetur, nec needendum  
non omnia posse; hoc enim Deorum est pro-  
prium.

*Characterismus.*

Quemadmodum pictor coloribus figuræ de-  
scribit: sic orator hoc schemate, aut virtus, aut  
virtutes eoru, de quibus loquitur, deformat.  
*Lyconis*, quid in hoc arbitris bonæ speci reli-  
quum residere, qui omne vitæ tempus una, ac  
desperatissima confutudine produxit? Nam  
simil atque ex prioribus horis diei, nimia  
cibi, ac vini satietae vix meridianò tempore,  
plenus crapula est experrectus: primum, oculi  
mero madidis, humore obcæcaris, visu gra-  
uidis, lucem constanter intueri non potest:  
deinde confessis viribus, utpote cuius venæ  
non sanguine, sed vino sunt repletæ, se ipse e-  
tigere non valeat: tandem duobus innixus, lan-  
guidus, qui cubido sit defatigatus, tunicatus,  
sine pallio, soleatus præ lectulo, palliolo fri-  
gus à capite defendens, flexa ceruice, summis  
genibus, colore exangui, protinus ex cubi-  
culari lectulo excitatus, in triclinium trahi-  
etur. Ibi præsto sunt quotidiani, pauci eodem

studio excitati contiuæ. Hic vero princi-  
peps paulum illud reliquum, quod habet,  
mentis ac sensus, poculis extrudere festinat, &  
eos bibendo provocat, & lacessit, perinde, ac  
si in hostium prælio, quam plurimos supera-  
rit, atque afflixerit, amplissimam sibi viçto-  
riam paratam existimans. Interea procedit si-  
mul, & illud tempus, & potatio: oculi vinum  
lachrymantes coligant, ebriosum ipsi, vix e-  
brij cognoscunt: alius sine causa iurgio pro-  
ximum lacessit: alius somno deditus, vi cogi-  
tur vigilare: alius rixari parat: alium turbas  
vitantem, ac domum reuerti cupientem reti-  
net ianitor, pulsat, exire prohibet domum, in-  
terdictum demonstrans. Interim aliud con-  
tumeliosè extra ianuam eiecitum, vacillantem  
puer sustentat, ac ducit, pallium per lutum  
trahentem. Nouissime solus in triclinio reli-  
ctus, non prius poculum ex manibus emitrit,  
quam somnus oppressit bibentem, ac dissolu-  
tis artibus, ipsum poculum suæ naturæ  
dormienti excidit.

*Catachrosis.*

*Abuso* vocis, vt, equum ædificare.

*Catara.*

*Katapse*, execratio, vt, Dijte perdant, fugitive.  
Eadem Ara.

*Charientijmus.*

*Siue somma.* Hac figura fit festiva dictio,  
cum amoenitate mordax, vt apud Ciceronem,  
infirmo corpore, atque ægro colore, utriusque  
iudicare, &c. Et apud eundem: facite enim, vt  
vultum ipsius, & illam usque ad talos demis-  
sam purpuram cogitetis.

*Kiesay.*

Apud Scholia sten Aristidis eadem est figura,  
ac *chiasmus*, decussatarum, scilicet sententia-  
rum textura, vt, Doctorum sanctissimus, &  
Sanctorum Doctissimum.

*Chiasmus.*

*Siue epicertomēsis.* Hæc figura risum excitat, & *Idem*,  
seuerè proposita vafrè excutit, eludens perfo-  
narum, aut rerum comparationem. Vt apud  
Virgilium, meque timoris Argue tu Drance.  
Apud Ciceronem. Quasi vero, ego de facie  
tua catamite dixerim: vel alias potuisse con-  
tumeliosius facere, si tibi hoc Parmeno pe-  
liquet, ac non ipse Parmeno huariasset. Est  
vt appetit ironizæ species.

*Cleticon.*

*Κληπτονοχῆμα* est inuocatio, unde *κληπτεῖ*  
ūmvi, hymni ad Deorum opem inuocan-  
dam,

Pp. 2 dam,